55

517

78

...rch. Johannes
Vossij Matthi.
Martinio
... Apr. 1629.

Vir clarissime et amicissime, non tam naturâ piger sum
ad scribendum, quàm imbecillitas uxoris ad scribendum pi-
grum facit. Quæ tamen nunc meliusculè habet. Sed si
pristinæ esset valetudini restituta omnino, et pari-
ter remitterent, minimè fortassis, sed densæ tamen
occupationes meæ, quà publicæ, quà privatæ; non
modò in exarandis literis alacrior forem, sed etiam
in bene merendo de studiis literarum. Sed quamvis
me avocet tam multa; non tamen committam, ut non,
simulac licet, literis amicorum respondeam, tardius
quidem, et non unis provocatus, sed tamen respon-
deam cum possim, et ut possim, operam dem. Inpri-
mis tibi: ut cum et doctrina excellens, et eximia
flagitat virtus tua, atque etiam amor erga me
tuus. Quem literæ tuæ semper spirant. Atque
inde etiam est, quod præclarius de me sentis,
quàm merear. Nempe ut trutina, si pondus im-
ponatur, deprimitur: sic et judicium tuum ob amoris
accessum non parum in gratiam vergit. Sed ego optem
sic errare unum alterum ex malevolis, qui non satis
sibi in honore esse videntur, nisi etiam detraxerint
pusillis laudibus nostris. Tibi verò, et amicorum aliis,
non multum damni dabit tam benigna æstimatio
nostri. At daret mihi, si amicorum bello judicio deceptus
alius mihi, quàm sum, viderer. De negotio illo ἐρω-
τικῷ diu multumque cogitavi. Atque is fuit affectus
meus erga τὸν μνηστεύοντα, ut optarem eum ἐπὶ
πέρας ἥκειν τῆς ἐλπίδος. Sed non satis constabat,
utrum vellet ἡ ἑταῖρις δευτέροις συνάπτεσθαι γά-
μοις. Quanquam cum viduæ juventam cogitarem,
facilè mihi persuadebam, non placituram ei semper
vitam, quam Grammaticorum filiæ quasi cælicam
duci arbitrantur. Interim omnibus notis (cur dissimulem?)
φόβον ἔκβαλε αὐτὸς ὁ νικηφόρος. Nec aliud
quicquam tantopere in caussa esse potesat, cur ἡ
ἑταῖρις ἀναδύη συγκαταζεύγνυσθαι τῷ φίλῳ μου,
ἢ τὰ περὶ Γερμανίαν τοιαύτην ἔχοντα κατά-
στασιν. Etiam ipsa de caussa nec minimum sibi ...
negotium ingerendum putabat ἡ ἄκοιτις. Γυνὴ γὰρ
καλῶς οἶδε τὴν γυναικῶν φύσιν. Δυσχεραίνεται
γὰρ περὶ τὸν γάμον τὸν βουλεύσαντα αἰτιᾶν-
ται τῶν συμβεβηκότων. Interim non modò
valde meam delectarunt versiculi illi (quippe
scituli, venustuli, et omnia ut in fonte perfecta)
Sed etiam

1629. X. Kal. Maji

Vossius

Sed etiam se agnoscit πολλὴν χάριν ὀφείλειν ...
καὶ ἀξίαν οὔποτε δύνασθαι ἀποδοῦναι. Alys idem judi...
meo. Et qui aliter animatus esse possim, nisi a...
rem exuere corpore virtutis eum debuerat? Qua...
sic habe, nihil mihi antiquius iis esse, quae ad t...
pertineant, et signa ejus re vel nunc, vel poste...
is annis, aut tibi, aut tuis, aut personis co...
mendatione tua dignas putaris, ipsi esse po...
effectum profecto, ut intelligas, quanti te fa...
Brugmannum consilio et auxilio juvabo, quod fa...
eo libentius, quia, quantum videre possum, cau...
habet optimam. Sed negotium illi est cum hom...
Zelota, ac propterea inter Zelotas non parvi n...
minis: qui quidvis malit, quam hilum decedere...
opinione pietatis singularis. Et filiam habet nihil...
quae negotia parentis procurat. Quomodo ea ani...
inveniret, siquid a se et parentibus dolo malo ad...
falcatur? Poterat ex voto Brugmanni nego...
transigi, si non incidisset in vulgus. Nunc metu...
tis, ne adversarius magno animae dispendio millies malit ...
rare, quam honoris sui facere jacturam. Et pro...
prudentius egisset Brugmannus si initio dedisset op...
ut inter se et adversarium, ignaris omnibus, negotium ...
ceretur. Pastor urbis nostrae, qui ad hujusmodi nego...
maxime idoneus judicatur, sedulo operam apud ...
suam dedit, ut nequid ageret, quo animam aeter...
exitio daret. Sed laterem lavit vir optimus ...
dentissimus, disertissimusque. Neque enim persuadere possum ...
cuiquam hic frigide egisse, quod malit tal...
facinus, si forte commissum sit, aeternum latere, ...
inde occasiunculam capteteir ad detrahendum Zelotis.
tamen fuit, qui mihi hoc insusurraret. Sed hoc si...
quo tandem utar? Nam eum, qui Zelota ipse ...
sit, vix unius assis putare homines ejusmodi ...
nedum leges eorum et sermones ferere, vel etiam...
gari se patiantur. Nec propterea in totum despe...
Sed si hac non successit, alia id tentabo via...
jam de eo locutus sum cum Brugmanno, cui ...
impense placebat. Et bonus ille vir etiam offere...
pecuniam, quo alacrius suam ei curare causs...
Respondi, si sic de me sentiret, non pete...
nostrum. Facere me officium hominis Christi...
dum laborantibus succurro: nec ditari ex tali offi...
sed amicissimum Marlium, si possis, amicorum ...
reddi velle. Herdenii nostri curam gero ...
Sed ille minis vel blanditiis tentavi quondam ...
tam fortiter restitit, quam vellem. Fodi illi ...
nes, parum sollicitus de patria sua stati...
solum ipsi nequiter vivunt: sed in eo sunt ...

55

29

bonos adolescentes perditum eant. Quare nec cessarunt usque dum, uti nunc intelligo, eum tanquam pecoralem(?), nisi pennalem mavis, centum florenis vel circiter, emunxissent. Hac una stultissima prodigalitate excepta(?), in ceteris, quantum quidem ad aures pervenit meas, pulchre se gessit. Poenitet commissi. Interim gaudet, deinceps sibi nihil cum talibus negotii fore: quippe qui nunc defunctus sit molestiis et sumptibus, qui ab istis [illegible] exigi solent. Haec me ad te scribere, facile potes suspicari. Quippe literis ad eum meliusculas(?) epistolam obsignatam, quod ad me quidem erat scripta, sed aliis ~~erat~~ erat inscriptionis. Itaque aperuit ipse, atque inde didicit, velle te certiorem ex me fieri, de vita eius [illegible]. Siquid porro hac in re fieri a me velis, tantum significa. Stresa(?) cum commendatitiis meis ad D. Gomarum abiit Groningam, ubi se communi studiosorum mensa frui posse sperabat. Sed tantus est numerus eorum, qui id beneficium expectent, et, quia priores eo venerunt, ex more debeant praeferri, ut ne intra ~~[illegible]~~ annum quidem voti sui compos fieri possit. Itaque Gomarus ei auctor fuit ut Franekeram iret, ubi favor plus potest: qui ne ei deesset, de meliore eum nota sibi Amama commendavit. Ita ad me Gomarus ipse perscripsit. Videri [illegible] dictionarium (in quo multa ex Etymologico tuo, nec dissimulata mentione eius, per quem profecit) [illegible] a Meiir(?) compatrioti. Tanquam illud vel Brugmannus(?), vel si is cessavit, Heidenus(?) noster. Scire te arbitror Balthasarem Lydium, ecclesiastes Dordracenum(?), iam ante trimestre fato suo cessisse. Bibliothecam reliquit grandem, cuius pars maior intra paucos menses publica auctione distrahetur. Salvere te jubet uxor. Meo etiam nomine clarissimum [illegible] Curcium(?) salvere jubeas rogo. Lugduni Ba[illegible] cIↃ IↃ c XXIX. x Kal. Maias.

Tuus G.J. Vossius.

[illegible] scribe
[illegible] ea mittes, ego tibi cer[illegible]
[illegible] rescripsisti. Vides me plane
[illegible] ga incertus sim an sis in loco.
[illegible] me linguas [illegible] responsio [illegible]
[illegible] quo magis
[illegible] quod petiisti, vides.

Franeq. 2 April. St. n. 1631

Casparus Stresso.

sed aut ...
redi: velle. ...
Sed ille minis vel bl...
tam subtiler resistit, quam ...
nes, parum sollicitis de patria ...
soli ipsi nequiter vivunt: sed in ex...